

## CODEX 101. a.

*Paginarum 50. 215 : 163 mm., lineis plenis scriptus 1732. Litterae initiales sunt miniatae, tituli vero rubro caeruleoque colore varii et singulae paginae marginatae caeruleis lineis inclusae. Codex mutilus est ab initio (paginae 1—8. desiderantur) et in fine.*

Sacrificium vespertinum . . . sive antiphonae vesperales praecipuarum festivitatum . . . a quodam monasterii S. G(alli) professo conscriptae. 1732.

## CODEX 102. olim signatus 4/23.

*Foliorum 151. 220 : 155 mm., partim lineis plenis (fol. 1—13. 139'—142'. 145—151.), partim columnis binis (fol. 13'—139. 143. et 144.) exaratus sacco XII. Codex nitidissime est scriptus et titulis atque initialibus litteris miniatis distinctus, longo tamen usu non parum attritus.*

*Directorium cantus neumis ornatum, fol. 13'—144. Calendarium Sanctorum et tabulae pro temporibus ecclesiasticis definiendis, fol. 3'—11'.*

*Fol. 1. (Sacc. XIII. sine neumis.) In dedicatione ecclesiae sicut Veni sancte spiritus. (rubr.) Haec est domus domini . . . Morel, Hymn. pag. 59. num. 96.*

*Eodem folio. (Sacc. XIV. sine neumis.) Sis memor agnorum, pastor benedice tuorum nosque fer ad caulas, pie pastor ad heteris (lege: aetheris) aulas.*

*Eodem folio. (Sacc. XIV. cum neumis.) Hic est custos virginis . . . I. Strophæ hymni de s. Joanne. Morel, l. c. pag. 160. num. 254.*

*Fol. 1'. (Sacc. XIV. cum neumis.) Ave regina coelorum . . . Daniel. Thesaur. 2. 319. num. X.*

*Eodem folio. (Sacc. XII. cum neumis.) Ex filiabus Babilonis . . . Versus super Benedicamus. Morel, l. c. pag. 102. num. 170. II.*

*Eodem folio. (Sacc. XII. cum neumis.) Gaudendum nobis est etc. Fregit Adam interdictum . . . Prosa in natiuitate domini. Monc, Hymn. 1. 55. num. 37.*

*Fol. 2. (Sacc. XIII.) Notificamus tam praesentibus quam futuris, quod Petrus miles de Waltirsperch . . . Kopp, Urkunden II, 130 sub num. 63.*

- Eodem folio.* (Saec. XII, cum neumis.) Sanctus. Divinum misterium . . .  
*Trisagium.* Mone, l. c. 1, 305. num. 240.
- Eodem folio.* (Saec. XIII.) Notificamus praesentibus et fu??? Berhtoldus ader  
vurun civis Lucernensis cum uxore??? confraternitatem susceperunt.
- Fol. 2'.* (Saec. XIII, sine neumis.) Firmator sancte firmamenti, eleyson . . .  
*Versus super 'Kyrie'.* Morel, l. c. pag. 56. num. 89.
- Fol. 3.* (Saec. XII.) Alta domat dominus gratis beat aequa gerentes . . .  
*6 hexametri.*
- Eodem folio.* (Saec. XII.) Solve tuis Moyses pedibus pelles pecuales . . .  
*4 versus.*
- Eodem folio.* (Saec. XII.) Fert Aaron virgam, quae signat flore Mariam . . .  
*4 versus.*
- Eodem folio.* (Saec. XII.) Qui resides coelis et condita cuncta tueris . . .  
*3 versus.*
- Fol. 4. in margine.* (Saec. XIII.) Noverint universi tam praesentes quam  
futuri, quod Heinricus de Kerns, dictus nit der chilchun, debet  
annuatim solvere VIII denarios in festo sci Andreae, de bono  
vnder velt situm (*sic*) quorum quatuor dat pro se et uxore sua  
et III pro quodam Egelolfo, qui fuit conversus in Honrein.
- Fol. 12.* (Saec. XII, cum neumis.) Stirps Jesse floruerat . . . Morel, l. c.  
pag. 102. num. 171.
- Eodem folio.* (Saec. XII, cum neumis.) Surrexit Christus a mortuis . . .  
Morel, l. c. pag. 43. num. 72.
- Eodem folio.* (Saec. XII, cum neumis.) Spiritus sanctus apostolis — Bene-  
dicamus domino.
- Eodem folio.* (Saec. XIII, sine notatione musica.) Wrod Wrowi dic maria  
gõt . . . *Carmen germanicum de s. Maria.* Bartsch, *Germania*  
*VI (XVIII), pag. 50 sqq.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII, cum neumis.) Audi chorum organicum . . .  
*Encomium organi pneumatici.* Schubiger, *Spicilegien* pag. 90.
- Fol. 12'.* (Saec. XIII, cum neumis.) Mater dei creditur . . . *Versus super*  
*'Benedicamus in assumptione B. V. M.'* Morel, l. c. pag. 95. num. 154.
- Eodem folio.* (Saec. XIII, cum neumis.) Rex deus deorum . . . *Versus in*  
*'Deus in adiutorium'.* Partim ed. Morel, l. c. pag. 95. num. 155.
- Fol. 13.* (Saec. XII, sine neumis.) Flos de spina procreatur . . . Speciosus  
forma . . . Sol de sole prodiens . . . *Tres hymni de B. V. M.*  
Morel, l. c. pagg. 123. 124. numm. 194. 195. 196.
- Eodem folio.* (Saec. XII.) Anna solet dici tres concepisse Marias . . .  
*6 hexametri de cognatis Christi.* Cfr. cod. 128. loco 9?
- Fol. 71'.* (Saec. XIII, sine neumis.) De sancta cruce. (*rubr.*) Laudemus  
creatorem . . . Morel, l. c. pag. 31. num. 51.
- Eodem folio.* (Saec. XIII, cum neumis.) Trinitatem reserat aquila . . . *De*  
*s. Joanne evang.* Mone l. c. 3, 111. num. 703.

- Fol. 72.* (Saec. XIII. sine neumis.) Imperatrix gloriosa . . . *De s. Maria.*  
*Mone, l. c. 2, 78. num. 385.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. sine neumis.) (H)ic est custos virginis . . . *De*  
*s. Joanne evang. Morel, l. c. pag. 160. num. 254.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. sine neumis.) Hic sanctus cuius hodie . . . *Morel,*  
*l. c. pag. 139. num. 214.*
- Fol. 72'.* (Saec. XIII. sine neumis.) Qui sunt isti qui volant . . . *De*  
*ss. apostolis. Daniel, l. c. 2. 181. num. CLXVIII.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. sine neumis.) Morsus anguis nos omnes . . .  
*De corpore Christi. Mone, l. c. 1. 273. num. 208.*
- Fol. 139.* (Saec. XIII. sine neumis.) Ecce venit de Sion . . . *De nativitate*  
*domini. Morel, l. c. pag. 7. num. 12.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII.) Notificamus tam praesentibus quam futuris  
Chōnrado de Salem calicem et alia quaedam s. dei genitrici semper  
virgini Mariae danti nos plenam fraternitatem et quandocunque  
obierit, sibi sicuti fratri nostro in orationibus facere promississe.
- Fol. 141.* (Saec. XIII.) Partus integritas discordes tempore longo . . .  
*3 disticha de B. V. M. Morel, l. c. pag. 7. num. 13.*
- Fol. 141'.* (Saec. XII. cum neumis.) Laudes crucis attolamus . . . *De*  
*s. cruce. Daniel, l. c. 2, 78. num. C.*
- Fol. 142.* (Saec. XII. cum neumis.) Alleluia. Salve virga florens Aaron . . .  
*Super 'Kyrie' in missa de B. V. M. Morel, l. c. pag. 56. num. 90.*
- Fol. 142'.* (Saec. XII. cum neumis.) Decus ecclesiae recitatur hodie. Lectio  
libri apocalypsis . . . *Tropus super epistolam in dedicatione ecclesiae.*
- Fol. 143.* (Saec. XIV. cum neumis.) Gaude coelestis curia, Afra . . . *De s. Afra.*
- Fol. 144'.* (Saec. XII. cum neumis.) Templum hoc pacificus . . . *In de-*  
*licatione. Morel, l. c. pag. 61. num. 101.*
- Eodem folio.* (Saec. XII. cum neumis.) Laude plebs digna . . .
- Eodem folio.* (Saec. XII. cum neumis.) Exsultemus et cantemus domino  
qui sub Yesse fecit esse deus et homo . . .
- Fol. 145.* (Saec. XIV. cum neumis.) Pater cuncta qui gubernas . . . *Super*  
*'Kyrie'. Mone, l. c. 1. 299. num. 235.*
- Eodem folio.* (Saec. XIV. cum neumis.) Voce choros sonet gratus . . . *De*  
*s. Katherina.*
- Fol. 145'.* (Saec. XIII. cum neumis.) Ave mater domini . . . *De s. Maria.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. sine neumis.) De supernis affer nuntium . . .  
*Super 'Deus in adiutorium'. Morel, l. c. pag. 63. num. 104.*
- Fol. 146.* (Saec. XII. cum neumis.) Officium monasticum In festivitate  
sanctae Katherinae (rubr.) per totum metricè compositum. Ave  
virgo speciosa . . . *Mone, l. c. 3, 369. num. 1005.*
- Fol. 148'.* (Saec. XII. cum neumis.) Voce cordis . . . *Mone, l. c. 3. 349. num. 984.*
- Ibidem.* (Saec. XII. cum neumis.) Sequentia de s. Katherina. (rubr.)  
Sanctissimae virginis votiva festa . . . *Mone, l. c. 3. 350. num. 985.*

- Fol. 149.* (Saec. XII. cum neumis.) Ad vesperam Ymnus. (rubr.) Concor-  
demus cordibus . . . *Mone, l. c. 3, 375. num. 1011.*
- Ibidem.* (Saec. XII. cum neumis.) Pange lingua gloriosae . . . *Mone, l. c. 3, 368. numm. 1003. 1004.*
- Fol. 149'.* (Saec. XII. cum neumis.) Ad laudes. (rubr.) Katherinae collau-  
demus . . . *Morel, l. c. pag. 259. num. 459.*
- Fol. 150.* (Saec. XIII. cum neumis.) Vigore dulci pullulans . . . *Super*  
*„Benedicanus“.* *Morel, l. c. pag. 102. num. 170. I.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. cum neumis.) In conflictu nobili . . . *De red-*  
*emptione.* *Morel, l. c. pag. 28. num. 46.*
- Fol. 150'.* (Saec. XIII. cum neumis.) Ave nunc genitrix Maria e(leyson) . . .  
*Tropus super „Kyrie“, „Sanctus“ et „Agnus“ in missa de Beata.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. sine neumis.) Pater ingenitus a quo sunt omnia . . .  
*Tropus de incarnatione domini.* *Mone, l. c. 1, 30. num. 23.*
- Ibidem.* (Saec. XIII. cum neumis.) Austro tuis influente surgens cedit  
aquilo . . . *De Spiritu sancto.*
- Ibidem.* (Saec. XIII. cum neumis.) Mandragorae dederunt odores . . . *Re-*  
*sponsorialia ex cantico canticorum desumpta.*
- Ibidem.* (Saec. XIII. cum neumis, scripturâ paene deletâ.) Candissimi (sic)  
exercitus reginam tandem ictu . . . *Responsorium de XI millibus*  
*virginum.*
- Fol. 151.* Anno domini MCCLXVIII peractum est. | Notum sit omnibus hoc  
scriptum legentibus vel audientibus quod Marchwardus de Hasle |  
dictus de Bottingin divino tactus spiritu ob remedium et salutem  
animae patris sui March | wardi, cuius dies anniversarius VIII<sup>o</sup> Idus  
Octobris, et aliorum parentum suorum contulit monasterio |  
nostro scilicet Montis Angelorum aream sitam in Bottingin apud ripam va-  
lentem et solventem unum solidum | annuatim pro censu ea condi-  
tione scilicet ut haeredes ipsius eandem possideant possessionem |  
ac census persolvant praedictae ecclesiae. Si vero contingeret etc.
- Eodem folio.* Noverint omnes — MCCLXVII mense Julii in festo Kiliani.  
*Kopp, Urkunden II, 129. num. 63.*
- Ibidem.* Significamus omnibus hoc scriptum auditoris, quod dominus Bertol-  
dus . . . *Cfr. Kopp, Urk. II, 129. nota ad num. 63.*
- Eodem folio.* (Saec. XIII. cum neumis.) Katherina ut pervertat . . . *Versus*  
*de s. Katherina.*
- Ibidem.* (Saec. XIII. cum neumis.) Ave virgo speciosa Katherina gratiosa,  
nostrae vallis gloria . . . *Hymnus de s. Katherina, lectu difficillimus.*
- Fol. 151'.* (Saec. XIII. cum neumis.) Virginalis turma sexus . . . *De*  
*XI millibus virginum.* *Mone, 3, 541. num. 1194.*

*De directoriis cantus cfr. Schubiger, Sängerschule St. Gallens, pag. 21.*  
*(Einsiedeln 1858.)*